

dionem vero, hi qui de volucrum scribere naturis, tria genera autumant: unum album, aliud stellatum tertium nigrum, quod et seivissimum est et sanguinarium, et pugnant ad coelum impatiens: ita ut ex oculis eorum erumpat error. Upupam autem, quam nos de Graeci nominis similitudine traximus (nam et ipsi *popam* appellant), avem dicunt **820** esse spurcissimam, semper in sepulchris, semper in humano stercore commorantem: denique et nidum ex eo facere dicitur, et pullos suos de vermiculis stercoreis alere putrescentis. Quamcumque ex tribus avibus intelligere volueris asidam, convenit istis mulieribus Judae, et Israeli, quae propter peccata potentia traditae sunt demonum potestati, et ab eis ductae in captivitatem. Tuleruntque amphoram sive mensuram, in qua clausa tenebatur impietas, massa plumbi desuper posita ne possit exire, et pondus gravissimum omnium peccatorum per aera inter terram et caelum. Quod propheta intelligens, non interrogabat. *Al. interrogat* quae sint istae mulieres (patebat enim spiritus prophetae) nec quid portent, de quo supra fuerat eruditus; sed quo portent, Denique sequitur: *Dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quo istae deferant amphoram? Qui respondit: Ut adificetur ei domus in terra Senaar.* Pro quo Septuaginta transtulerunt, in terra Babylonis. Senaar enim campus est Chaldaeorum, in quo hi qui moverant ab Oriente pedes suos, et in Dei servitute stare non poterant, adificaverunt terram superbiae (*Genes. xi*): unde et civitas ipsa appellata est *Babylon*, id est, *confusio*, eo quod ibi linguae omnium confusae sint atque permixtae. Impietas ergo defertur ab istis mulieribus in Babylonem: ut ibi adificetur domus ejus, et stabilietur, et ponatur super basem suam, et aeterna statione requiescat. Vere enim in Babylone sedes est impietatis, et juxta historiam et juxta mysticos intellectus. Si volueris duas mulieres accipere haereticorum populos et Judaorum (quorum utriusque egrediuntur a facie Dei, et spiritus feruntur incerto, et habent alas milvi, herodii, et upupae, dum semper in modum perditis faciunt divitias, non cum judicio (*Jerem. xvi*), et de Ecclesia rapere festinant, et contentiones ac jurgis delectantur, et quoscumque decoperit, trahunt ad interitum, voluntantur in caeno libidinum et sordibus sempiternis), istae mulieres levant pondus impietatis gravissimum, et adificat in confusione domum suam, et serviunt regi Babylonio, ut ibi habitent haereticorum populi et Judaorum, **821** ubi morantur idololatriae, ligno et lapidibus servientes.

(Cap. VI.) *Et conversus sum, et levavi oculos meos, et vidi: Et ecce quatuor quadrigae egredientes in (Vulg. de) medio duorum montium, et montes, montes aenei (Vulg. aerei). In quadriga prima equi rufi, in quadri-*

(a) Supplet Victorius verbum, *elevantes*, e odium quorumdam suffragio.

(b) In aliis libris *καταραβός*: verius *καταραβός* Aquila posuerit, E *α* LXX exemplaribus, quae *καταραβός*; pra-

ga secunda equi nigri, et in quadriga tertia equi albi, et in quadriga quarta equi varii et fortes. Et respondit, et dixi ad angelum qui loquebatur in me: *Quid sunt haec, domine mi? Et respondit angelus, et ait ad me: Isti sunt quatuor venti caeli, qui egrediuntur, ut stent coram Dominatore omnis terrae. In qua erant equi nigri, egrediebantur in terram Aquilonis, et albi egressi sunt post eos, et varii egressi sunt ad terram Austri. Qui autem erant robustissimi, exierunt, et querebant ire et discurrere per omnem terram. Et dixit: Ille et perambulavit terram, et perambulaverunt terram. Et vocavit me, et locutus est ad me, dicens: Ecce qui egrediuntur in terram Aquilonis, requiescere fecerunt spiritum meum in terra Aquilonis. LXX: Et conversus sum, et levavi oculos meos, et vidi: Et ecce quatuor quadrigae egredientes de medio duorum montium, et montes erant montes aenei. In quadriga prima equi rufi, et in quadriga secunda equi nigri, et in quadriga tertia equi albi, et in quadriga quarta equi varii sturnini. Et respondi, et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quid sunt haec, domine? et respondit angelus qui loquebatur in me, et dixit: Hi sunt quatuor venti caeli, qui egrediuntur ut assistant Domino omnis terrae. In qua erant equi nigri egrediebantur super terram Aquilonis, et albi egrediebantur post eos, et varii exibat in terram Austri, et sturnini egrediebantur, et considerabant ut circumirent terram. Et dixit: Ille et circumiit terram, et circumiit terram: et clamavit, et locutus est ad me dicens: Ecce qui egrediuntur super terram Aquilonis: requiescere fecerunt furor em meum in terra Aquilonis. Transivi, ait, ad aliam visionem, et oculos cordis mei ad caelum altius sublevavi: vidi quatuor quadrigas egredientes de medio duorum montium qui erant aenei, id est, insuperabiles atque fortissimi, et qui nulla possent vestigialitate consumi. Quos enim supra montes **822** myrtes, vel umbrosos dixerat atque nemorosos, nunc aeneos vocat. In quadriga prima equi rufi erant, eruenti, et sanguinarii, et Babylonia crudelitate terribiles. In quadriga secunda, equi nigri, regnum Medorum atque Persarum: quod bigae sedens et egrediens per Assueri regis edictum, mortem omnium Judaorum tristi nuntio praeferebat. In quadriga tertia, equi albi, Macedones, sub quorum rege Antiocho Machabeorum victoriam legimus. In quadriga quarta, equi varii fortes. Scimus enim Romanorum reges, alios in gentem Judaeam fuisse clementes, ut C. Caesarem, Augustum et Claudium: alios persequentes atque terribiles, ut C. Caligulam, Neronem, Vespasianum et Hadrianum. Pro fortibus, quos Aquila (*b*) *καταραβός*, Septuaginta *καταραβός* transtulerunt, in Hebraeo scriptum est *AMASIM* (*אמסיים*). Et quaedam exemplaria male habent *καταραβός*, confundentia colorum differentias atque regnorum, cum *καταραβός*, id est, rufi, non *AMASIM*, sed *ADAMIM* (*אדמיים*) appel-*

ferant, quod verbum *sturninus* significat nulla super sunt quod sciam: omnia habent *καταραβός*, male, ut Hieronymus notat.

lentu. Propheta ergo querebat quid sibi vellent significare quae cerneret. Angelus qui loquebatur in eo, respondet, et narrat quatuor esse ventos caeli, id est, quatuor plagas mundi, quae Graeci vocant *καταραβός*, qui assistant et pareant Domini voluntati. Nil enim haec quatuor regna, quae diximus, absque Domini voluntate fecerunt. In qua erant equi nigri, egrediebantur, inquit, in terram Aquilonis. Quam pulchra quadriga prima in qua erant equi rufi praetermittitur, quid et secunda et tertia fecerint quartaque describitur. Jam enim eo tempore, quo haec propheta referebat, regnum praeterierat Babylonium, et omnem Asiam Medorum potentia possidebat; sub quorum rege Dario, anno ejus secundo, mense undecimo (*Al. decimo*), qui appellatur *SABAT* (*שבת*), vicissim quarta die mensis, omnia quae supra exposuimus, contemplatur. In qua erant igitur equi nigri, egrediebantur in terram Aquilonis: ut Chaldaeorum regnum (*a*) Medico virtus everteret. Et hoc notandum, quod *καταραβός*, id est, plagae orbis et mundi, juxta situm Jerusalem, et templi in Scripturis sanctis appellentur. Albi quoque egressi **823** sunt post eos, secuti Medorum Persarumque vestigia, reges Macedonum, ut Chaldaeos ac Babylonem suo imperio subjugarant. Quarti vero, id est, sturnini et varii, pro quo in Hebraeo legitur *BORODIM* (*בורים*), et qui alio nomine appellantur *AMASIM*, id est, fortes, atque robusti, egressi sunt ad australem plagam, et totam terram impetu celeri lostraverunt. Clamantque angelus qui loquebatur in propheta, ad imperium Romanorum: *Ille, perambulavit terram, et orbem circuit terrarum, vestrisque pedibus cuncta regna subterfecerunt.* Conversusque ad prophetam clara voce testatur: *Ecce qui egrediuntur in terram Aquilonis, requiescere fecerunt spiritum meum in terra, ad quam profecti sunt.* Traditum mihi est ab Hebraeis in loco valde difficillimo, quod Alexander et omnes Macedones, id est, equi albi qui egressi sunt post Medos et Persas,

(a) Vitiose lectum est haecenus, *modica*. Nos *Medicam* id est, Medorum, ex Regin. mss. substitutum, historia atque orationis contextu cogente.

LIBER SECUNDUS.

825-826 Ab obscuris ad obscuriora [*Al. obscura*] transimus, et cum Moysen ingredimur in nubem et caliginem (*Exod. xxxiv*). Abyssus abyssum invocat, in voce catacactarum Dei (*Ps. xli, 8*): et gyrans gyrando vadit spiritus, et in circulos suos revertitur (*Ecl. i, 6*); Labyrinthios patimur errores, et Christi caeca regimus filo vestigia. (a) Ad hanc difficultatem urget petasatus libri portitor (*Horat. i, epist. 2*):

(a) Aliqui putant *petasatum* dici, qui cothurno vel socco calcatus est; sed hic notius intelligitur portitor petasatus, qui palaso sive galero tectus est: quod significat hominem ad iter paratum, ut erat sisimus qui in Aegyptum ire festinabat. *MANR.*

qui et ipsi perrexerant in terram Aquilonis, requiescere fecerunt spiritum prophetalem in terra Aquilonis, eo quod contra Medos Dei impleverint voluntatem, et in brevium peritum Medorum atque Persarum a Macedonibus sit delictum. Grandis enim eorum est consolatio qui premuntur, si sciant hostes suos cito esse perituros. Haec ut potuimus, immo ut accepimus, nostrae linguae studiosis tradimus [*Al. tradidimus*] sequentes historiam veritatem: nec quadrigas Pharaonis, et currus Babylonios instar explanationis Aegyptiae tenaci memoria conquirentes; **824** non enim quid ubi scriptum, sed qua ratione sit scriptum, considerandum est. Juxta allegoriam quaecumque in quatuor cornibus et quatuor fabris diximus, etiam in praesenti loco accipiamus. Legi in eisdem volumine, quatuor quadrigas, in quibus sunt equi rufi et nigri, et albi, et varii, ac fortes, quatuor Evangelia intelligenda et equos Apostolorum, per diversitatem eorum diversas gratias possidentes: quorum alii rufi sint in martyrio, alii obscuro, et nigri, et Christi mysteria cognoscentes, de quibus dicitur in Psalmis: *Caligo sub pedibus ejus (Psal. xciv, 10)*. Et: *Posuit tenebras latibulum suum (Ibid., xi)*. Alii albi, gratia virginali, alii varii et fortes, habentes gratiam currationum diversarumque virtutum. Haec quadrigae quatuor, sive currus, missi sunt in quatuor ventos caeli, id est, ad cardines mundi, et univrsam orbem terrarum ut expleret Domini voluntatem: in quibus postea inferunt ab Angelo: *Ille, et perambulavit terram, et in cunctis terrarum finibus Evangelium seminate.* Hoc quoque quod sequitur: *Ecce qui egrediuntur in terram Aquilonis requiescere fecerunt spiritum meum in terra Aquilonis*, sic explanavit, ut diceret requiescisse spiritum Domini, sive angeli, quando in terra Aquilonis, diaboli regna durissima apostolica predicatione subversa sunt; et haec esse regna, quae Domino Salvatore in monte excelso diabolus ostendens, sibi tradita gloriatum sit (*Matth. iv*).

Dimidium facti, qui cepit, habet. . .

quanto magis nos qui tertiam partem jam confectimus vim, eodem debemus in reliquis laborare sudare, ne perdamus praeterita, et imperfectum opus augeat lectoris desiderium! Haec mihi Exuperi Papa venerabilis, adesto praesens orationibus, qui corpore absens es, et impetra a Domino, ut auferatur a facie mea velamen Zachariae, (b) quod ante oculos obtendebatur [*Al. appendebatur*] Moysi (*Exod. xxxi*);

(b) Erasmus legit *ante oculos ostendebatur*: Mariana vero Erasmi castigator, *ante oculos appendebatur*; nos manus scripta exemplaria secuti sumus, quia omnia istiusmodi retinent *ostendebatur*. *MANR.*

Il Cor. III, quia fulgorem vultus ejus, vulgus ignobile ferre non poterat: ut ego quoque cum Davidicam dicere: *Domini dabit verbum evangelizantibus virtute multa* (Ps. LXXV, 12). Secundi libri explanationum in Zachariam istud exordium est, quem tanta celeritate dictatum, ut pene non sit emendandi spatium; dum fratris Sisinnius Aegyptum ire festinat, ut odorem bonae fragrantiae, qui a te missus est fratribus, illum quoque perferat; et nequaquam Ethiopiae flumine, sed Galliarum largissimis aquis rigentur arva sitientia.

(Vers. 9. seq.) *Et factum est verbum Domini ad me dicens: Suma a transmigratione ab Holdai et a Tobia, et ab Idaja, et venies tu in die illa, et intrabis domum Josiae filii Sophoniae qui venerunt de Babylone. Et sumas argentum et aurum, et facies coronas, et pones in capite Jesu filii Josedece sacerdotis magni, et loqueris ad eum dicens: Haec ait Dominus exercituum, dicens: Ecce vir, Oriens nomen ejus, et subter eum orietur, et edificabit templum Domini. Et ipse exstruet templum Domino, et ipse portabit gloriam, et seletibit et dominabitur super solio suo, et erit sacerdos super solio: et consilium pacis erit inter illos duos. Et coronae erunt Helem et Tobiae et Idajae et Heu filio Sophoniae, memoriale in templo Domini. Et qui procul sunt, venient et edificabunt in templo Domini, et scietis quia Dominus exercituum misit me ad vos. Erat autem hoc, si auditu audieritis vocem Domini Dei vestri. LXX. Et factus est sermo Domini ad me dicens: Accipio quae de captivitate sunt a principibus, et ab utilibus ejus, et qui cognoverunt eam: et ingredieris tu in die illa in domum Josiae filii Sophoniae, qui venit de Babylone, et accipies argentum et aurum, et facies coronas, et impones super caput Jesu (a) filii Josedece sacerdotis magni, et dices ad eum: Haec dicit Dominus omnipotens: Ecce vir, Oriens nomen ejus, et subter eum orietur, et edificabit domum Domini, et ipse accipiet virtutem et sedebit, et imperabit super throno suo. Et erit sacerdos a dextris ejus, et consilium pacis erit inter duos: corona autem exspectantibus et utilibus ejus, et qui cognoverunt eam, et in gratiam filii Sophoniae, et in psalmum in domo Domini, et qui longe sunt ab eis, venient et edificabunt in domo Domini. Et scietis quia Dominus omnipotens misit me ad vos. **827** erit, si auditu audieritis vocem Domini Dei vestri. Semel propositi arcana eruditionis Hebraica, et magistrorum synagogae reconditam disciplinam, eam dumtaxat, quae Scripturis sanctis convenit, Latinis auribus prodere. Quamobrem necesse mihi est in locis obscurissimis historiae lineas decere, et sic quae ab ecclesiasticis viris accepi, proferre in medium, lectoris arbitrio quid magis sequi debeat, relinquens. Et primum lectionis modo reddendus est, ut quod dicitur, juxta litteram perspicuum fiat. Accipio, inquit, ab Holdai, et a Tobia, et ab Idaja, qui de Babylonia captivitate venerunt,*

(a) Deerat penes Martianum vox filii.

(b) Prior interpretatio, ἀναφύη, Aquila est: posterior, ἀναφύη, Symmachii, quod ex codice Hexaplati Barberinico discimus.

et sumas ab eis quae offeruntur munera, argentum et aurum, et intrabis domum Josiae, filii Sophoniae: et ibi facies coronas, auri atque argenti varietate distinctas, non unam coronam; sed vel duas vel plures: ἄραστη (ἀράστη) quippe, id est, στήματα, non unum, sed vel dualem, vel pluralem numerum significant. Cumque coronas feceris, impones unam ex eis in capite Jesu filii Josedece sacerdotis magni, et loqueris ad eum: Haec dicit Dominus omnipotens: Ecce vir cujus nomen est, Oriens, quod Hebraice dicitur SEMA (צמר), non per SIN, sed per SADE litteram scriptum. Qui idcirco Oriens, id est, ἀναφύη, vel (b) ἀναφύη, sive βλάστημα, nuncupatur, id est, germen, quia ex se repente succrescet, et ex radice sua in similitudinem germinis pullulabit, qui vir aedificabit templum Domini. Cumque illud exstruxerit ipse quoque portabit gloriam, id est, coronam alteram, quae Hebraice חוה (חוה) et ab alio ἐπισημασμένη: ab alio ἐπισημασμένη: ab alio ἀναφύη: ab alio ὄψα scribitur, quae vel inclytum, vel decorem, vel virtutem, vel gloriam sonant. Significari autem putant Zorobabel, qui ex humili atque captivo in duem populi Judaei repente consurgens, aedificavit templum Domini, et sedit super solio suo, et principis potestate dominatus est: sed et pontifex, inquit, Jesus filius Josedece sedit in sacerdotali throno, et junctis amicitiaeque consiliis, de populo gubernabat. Et erit pax inter duos illos, hoc est, inter eum qui de tribu regia est, et eum qui de Levitica stirpe descendit, ut sacerdotium pariter et regnum Dei **828** populum regant, ipsaque coronas quas de auro feceris et argento, postquam impositae fuerint capiti Jesu filii Josedece et capiti Zorobabel filii Salathiel, nominibus eorum a quibus oblatas sunt, consecrabis in templo, id est, Helem, et Tobiae, et Idajae, et Hen. Nomen secundum et tertium idem est quod supra. Primum mutatum est, et pro Holdai nunc Helem posuit. Quartum quod supra non dixerat additum, hoc est Hen, de quibus loquemur in consequentibus. Repositis autem, ait, coronis in templo Domini, et in sempiternam memoriam consecratis, de toto orbe terrarum, et procul positae gentes venient, et aedificabunt in templo meo unusquisque pro viribus suis. Et tunc exitu rerum et prosperitate omnium cognoscetis, quod Dominus miserit me, et ipso cuncta jubente, predixerim. Haec autem omnia erunt, si obedieritis praeceptis Domini, et mandata illius feceritis. Holdai interpretatur deprecatio Domini, quod Graece significantius dicitur ἰκετεύω: Κοπιος, Tobia, bonus Domini, Idaja (c) notus Domini. Pro Holdai (דלדל), nunc in primo loco posuit Helem (חלל), quod interpretatur somnium; et in quarto loco addidit Hen (חן), id est, gratia. Horum quatuor hominum coronae erunt apud filium Sophoniae, quem supra Josiam legimus, qui custos et aedificus est templi Do-

(c) Corrupte Martiane retinuit, potus Domini, contradicentibus mss. quoque nostris, et Hebraica etymologia a דלדל verbo derivata.

mini, et ibi aeterna statione requiescent. Hebraei Ananiam, Azariam et Misael de captivitate venientes aurum et argentum in munera templi, et coronas pontificis, ac dncis attulisse commemorant, et quem supra non dixerat, Hen, id est, gratiam, Danielem venisse cum munera, et idcirco Helem positum pro Holdai, ut ex interpretatione nominis quod dicitur somnium, ostendatur in captivitate positum Danielem, et tres pneros regalis somnii mysteria cognovisse. Assumptis enim tribus pueris, Daniel oravit Dominum, et interpretationem somnii consecutus est (Daniel. II). Haec juxta historiam Circumcisio conatur exponere. Nobis autem incumbit necessitas juxta LXX interpretes dicere quae nostri dicere majores. Accipio a captivitate, et a principibus, et ab utilibus ejus, et ab his qui conoverunt **829** eam, aurum, et argentum, et ingressus in domum Josiae filii Sophoniae, qui et ipse venit de Babylone, fac in ea coronas aureas et argenteas, quas impones super caput Jesu filii Josedece sacerdotis magni. Captivitas Judaeorum, id est, populi Dominum confitentis, vitia suntque peccata: quae, qui ceperit agere penitentiam, et desiderare pristinam Jerusalem, id est, Ecclesiam Christi, in Babylone deserit ac dimittit, et offertur a principibus captivorum, et ab utilibus ejus, id est, captivitalis (qui et ipsi pro utilitate sua traditi sui angelo Satanae in interitum carnis, ut spiritus salvos fieret (I Cor. v), et ab his qui cognoscent eam, videlicet captivitatem, in bonam partem post supplicia esse vertendam. Offerta autem aurum et argentum ab his, qui et sensu, et sermone Dominum confitentur, et sunt ex eo, id est, auro et argento (a) coronae in domo Josiae, qui interpretatur salvatus, et est filius visitationis Domini, id est, ἐπισκοπῆς, Κοπιος Visitator enim a Domino qui prius male agrolaverat. Et recte dicitur Josias, salvatus, quia et ipse reversus est de Babylone. Imponuntur autem coronae, vel corona, Jesu filio Josedece sacerdoti magno, quia nobis proficientibus et reversis ad meliora, per singulas virtutes nostras Dominus coronatur: immo nobis virtute penitentiae coronatis, salvator in singulis coronam accipit, juxta illud quod et Paulus loquitur: De caetero reposita est mihi corona justitiae, quam reddet mihi Dominus justus judex: non solum autem mihi, sed et omnibus qui diligunt adventum Domini Salvatoris nostri Jesu Christi (I Tim. IV, 8). Unde a corona justitiae et pater Domini Salvatoris nomen accepit. Josedece enim interpretatur Dominus justitiae, eo quod reddat unicuique secundum opera sua. De hac corona et Jacobus in Epistola sua loquitur: Beatus vir qui sustinet tentationem, quia cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam reprobis dicit Deus diligentibus se (Jacob. II). Jubet autem prophetae ut postquam coronam imposuerit, vel coronas, super caput Jesu filii Josedece sacerdotis magni, loquatur ad eum, et dicat: Haec dicit Dominus: Ecce vir, Oriens nomen ejus: et

(a) Nomen coronae, quod mutilo sensu in antea vulgatis libris deerat, nostri mss. supplent.

A subter eum orietur, et reliqua. Non Jesum dividimus, nec duas personas in unam **830** possumus facere personam; sed ipse qui Jesus appellatur, eo quod salvaverit mundum, et Oriens dicitur, quia in diebus ejus orta est justitia. Et canitur in Psalmo: Veritas de terra orta est (Ps. LXXXV, 12), eo quod de utero virginali in saeculorum consummatione generatus dixerit: Ego sum veritas (Joan. XIV, 6), et extrema hora venerit, juxta Joannis Epistolam dicentis (Joan. II, 18): Filii, nunc extrema hora est, in qua stantem, et nihil agentem gentium populum conduxit ex denario, et misit ad vineam (Matth. XX). Alioquin si secundum diversitatem nominum diversus effluerit, alius erit pastor, alius aries, alius agnus, alius janua, alius lapis offensionis, et petra scandalii. Iste igitur qui nostris virtutibus coronatus est, orietur et appellabitur Oriens. Ad quem locutus est Pater: Filius meus es tu: ego hodie genui te (Ps. II, 7): Et subter eum orietur multitudo credentium, et aedificabit domum Domini, Ecclesiam, et ipse accipiet virtutem et decorem ac profectum, et gloriam singulorum, et sedebit et dominabitur in throno suo, in throno David, de quo et in Evangelio scriptum est: Et erit sacerdos a dextris ejus (Luc. I), sive juxta Hebraicum, super thronum suum; quia ipse et rex et Pontifex est: et sedebit tam in regali, quam in sacerdotali throno, et consilium pacificum erit inter utrumque, ut nec regale fastidium sacerdotalem deprimat dignitatem, nec sacerdotii dignitas regale fastidium, sed in unius gloria Domini Jesu utrumque consentiat. Legi in cujusdam libro hoc quod dicitur (Zach. VI, 13): Et consilium pacificum erit inter duos, ad Patrem referri et ad Filium: quia non suam, sed Patris venerit facere voluntatem, et Pater in Filio sit, et Filius in Patre (Ibid., XII). Corona autem, id est insigne victoriae, cum Christus fuerit coronatus, his quoque reprobis, qui expectant eum, et intelligunt utilitatem quondam captivitalis suae, et noverrunt Dei universa mysteria, ut sint in gratiam filii Sophoniae, hoc est visitationis Domini. Et qui in Babylone dicebant (Ps. CXXXV, 4, 2): Super flumina Babylonis ibi sedimus et flevimus, cum recordaremur Sion: in salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra, postquam reversi fuerint in Jerusalem, accipiant Psalium et tympanum, et canant in Ecclesia Domini, et qui per majora **831** peccata longe fuerant ab Judea, et confessione verissima, veniant, et per singulos profectus suos aedificent domum Domini, et tunc universi par mente cognoscent, quod Dominus omnipotens prophetam miserit ad eos. Fient autem omnia quae promissa sunt, si Dominum audire voluerint, et acta penitentia, in bonis operibus manserint.

(Cap. VII. — Vers. 4. seqq.) *Et factum est in anno quarto Darii regis: factum est verbum Domini ad Zachariam, in quarta mensis noni, qui est Caslee. (b) Et miserunt ad domum Dei Sarasar et Rogommelech, et*

(b) Insignis hic depravatio contextus tam in Hebraeo, quam in LXX interpretibus. In Hebraeo enim legitur

virī qui erant cum eo, ad deprecandam faciem Domini: ut dicerent sacerdotibus domus Domini exercituum et prophetis loquentes: Numquid stendum est mihi in quinto mense vel sanctificare me debet, sicut feci jam multis annis? Et factum est verbum Domini exercituum ad me, dicens: Loquere ad omnem populum terrae, et ad sacerdotes, dicens: Cum jejunaretis et plangeretis in quinto et septimo (a) per hos septuaginta annos, numquid jejunium jejunastis mihi? et cum comedistis et cum bibistis? Numquid non vobis comedistis et vobismetipsis bibistis? Numquid non sunt verba quae locutus est Dominus in manu prophetarum priorum, cum adhuc Jerusalem habitaretur, et esset opulenta, et ipsa et urbes illius (Vulg. tacet illius in circuitu ejus, et ad austrum et in campestribus habitaretur? LXX: Et factum est in quarto anno sub Durio rege: factus est sermo Domini ad Zachariam, quarta die mensis noni qui est Caslen, et misit in (A. de) Bethel Sarasar et Arabesser rex, et viri ejus ut deprecarentur Dominum, dicens ad Sacerdotes domus Domini omnipotentis, et ad prophetas, dicens: Ingressa est huc in mense quinto sanctificatio, juxta quod fecerunt jam annis pluribus: et factus est sermo Domini virtutum ad me, dicens: Die ad omnem populum terrae, et ad sacerdotes, dicens: Si jejunatis, et plangitis in quintis et septimis, et ecce septuaginta anni, numquid jejunium jejunastis mihi et si comeditis aut bibitis, nonne vos comeditis, et vos bibitis? Numquid non ista sunt verba mea, quae locutus est Dominus in manibus prophetarum, qui fuerunt prius quando Jerusalem habitabatur, et erat abundans, et civitates per ejus circuitum, **832** et montana et campestria habitabantur? In quarto anno Darii regis, in mense nono, qui appellatur CASLEU, (כסליו) et in quarta mensis ejusdem die miserunt ad domum Dei, id est, ad templum quo i jam a Zorobabel et a Jesu fuerat instauratum, Sarasar et Rogommolech et ceteri qui cum eis erant, quos Persas fuisse duces regis Darij timentes Deum, Hebraei autem: ut quia jam audierant templum esse constructum, quaerent a sacerdotibus domus Domini et prophetis, utrum secundum consuetudinem pristinam flere et jejunare deberent, an luctum mutare letitia. Et est sensus seiscitantium: Quinto mense qui appellatur apud Romanos *Julius*, a Nabuchodonosor subversa est Jerusalem, quam ob causam propter solitudinem templi huc usque jejunavimus et planximus, et mororem nostrum fleru et jejunis consolati sumus. Nunc quia dicitur, templum esse constructum, et videmus nequaquam causam permanere tristitiam, respondere quossumus, utrum hoc facere debeamus, an merorem gaudio commutare? Et simul considerandum quod fluetus atque jejunium sanctificatio dicitur. Unde et in Joel praeceptum est sacerdotibus, ut sanctificent jejunium et praedient curationem (Joel. v). Curat enim vulnera delinquentis, abstinentia et jeju-

apud Erasum et Marian: Et Rogommolech, in LXX vero, Et Arbat Sager rex, etc. Quae depravationes occurrunt etiam infra in Commentariis, ubi haec eadem nomina posita leguntur. MART.

anium, et curatos quoque sanctificat. Postquam interrogaverant Persarum duces per eos quos miserant, et ad sacerdotes atque prophetas seiscitantium fuerat expleta legatio, fit sermo Domini ad prophetam, imperans ut loquatur ad vulgum et ad sacerdotes, quid legatis debeant respondere. Quando jejunabatis et plangebatis in quinto mense captivitatis Jerusalem, et in septimo mense, quando Godolias interfectus est ab Ismael, per annos septuaginta desolationis templi et subversionis Jerusalem, numquid mihi proderat quod jejunabatis (IV Reg. xxv: Jer. xli)? Et contrario, si quando (b) mauducatis et bibitis, numquid non vobis et comeditis et potatis? Neque enim his rebus placatur Deus, sed bonis operibus, et si illius praecepta faciamus, quia esca nos non commendat Deo. Neque si non manducaverimus, deficiemus: neque si manducaverimus, abundamus. Numquid non haec sunt verba mea, adhuc **833** stante Jerusalem et urbibus Juda, quae loquebar ad vos in manibus prophetarum meorum, cum adhuc staret Jerusalem, et urbes Juda rebus omnibus abundarent, et tam montana regio, quam campestris frugibus redundaret, et fidissima pace frueretur? Haec autem erant verba Domini, quae sequens Scriptura testatur, velle se verum iudicium et misericordiam in proximos, et viduam, et pupillum, et advenam, et pauperem non calumniari, et malum non cogitare in corde suo. Haec, inquit, noluerunt facere, et surdis auribus mea imperia contempserunt: quam ob rem venit indignatio magna super Jerusalem: et quomodo illi me audire noluerunt, sicut ego non exaudivi eos: et nunc tanta scrupulose quaerunt, quando debeant jejunare et plangere, cum ante dixerim per Isaiam: Non tale jejunium elegi, dicit Dominus, neque ut humiliet homo animam suam, sed solve omne vinculum iniquitatis: dissolve obligationes violentarum cautionum: esurienti da panem tuum ex animo. Si videris nudum, operi cum: et pauperem et absque tecto indue in tbernaculum tuum. Tunc erumpet temporanea lux tua, et sanitates tuae cito orientur (Isai. lviii, 5, seqq.). Hoc quod scriptum est in Septuaginta: Misit de Bethel Sarasar et Arabesser [A. Arbat Sager] rex, nullus nostrorum potuit exponere: neque enim quod male versum est ex Hebraeo, ulla ratione explanari potest. Quis est enim iste Sarasar, vel Arabesser rex? aut cujus rex provinciae, aut in quam vei de qua misit Bethel? aut cujus Bethel rex esse poterat Arabesser, quae olim cum Judaea fuerat desolata, et eo tempore nequaquam vocabatur Bethel, id est, domus Dei; sed Bethaven, id est, domus idoli? Hoc quoque quod sequitur: Ingressa est huc in mense quinto sanctificatio, sicut fecerunt jam per multos annos, sic conatur exponere: sanctificationem ingressam, vasa templi qua a Nabuchodonosor sublata fuerant, illo tempore restituta. De quinti autem et

(a) Interserit Regim. ms. mense, quod Hebraeus et Vulgatae interpretes tacent.
(b) Regim. ms., manducabatis, et bibebatis, moxque comeditis, et potatis.

septimi jejunio, tentaverunt referre ad dies hebdomadis. Sed quia sequitur, decimi jejunium, compulsi sunt ad menses referre, et quod sit ipsum quinti, septimi decimique mensis jejunium, omnino siluerunt. Unde priore simus explanatione contenti, et non inclinemur [A. indignemur] ad falsos commentantium **834** conatus qui de interpretationis errore venerunt.

(Vers. 8 seqq.) Et factum est verbum Domini ad Zachariam, dicens: Haec ait Dominus exercituum dicens: Judicium verum iudicate, et misericordiam, et miserationes facite unusquisque cum fratre suo. Et viduam, et pupillum, et advenam, et pauperem nolite calumniari: et malum vir fratri suo non cogitet in corde suo. Etnoluerunt attendere, et verterunt scapulam recedentem: et aures suas aggravaverunt, ne audirent: et cor suum posuerunt adamantem [Vulg. ut adamantem] ne audirent legem, et verba quae misit Dominus exercituum in spiritu suo per manum prophetarum priorum, et facta est indignatio magna a Domino exercituum. Et factum est sicut locutus est, et non audierunt: sic clamabunt, et non exaudium dicit dominus exercituum. Et dispersi eos per omnia regna, quae nesciunt; et terra desolata est ab eis, eo quod non esset transiens et revertens; et posuerunt terram desiderabilem in desertum. LXX: Et factus est sermo Domini ad Zachariam dicens: Haec dicit Dominus omnipotens, dicens: Iudicium iustum iudicate, et misericordiam et miserationem faciat unusquisque ad fratrem suum: et viduam, et pupillum, et pauperem non opprimatis: et malitiae unusquisque fratris sui nolite meminisse in cordibus vestris. Et noluerunt attendere, et dederunt dorsum contemnens: et aures suas aggravaverunt, ut non audirent: et cor suum posuerunt inobedientem, ut non audirent legem meam, et verba mea quae misit Dominus omnipotens in spiritu suo, in manibus prophetarum priorum. Et facta est ira magna a Domino omnipotente, et erit sicut dixi, et non audierunt eum. Sic clamabunt, et non exaudiam eos, dicit Dominus omnipotens: et ejectionem eos in omnes gentes quas ignoraverunt: et terra desolata est post eos a perambulante et revertente, et posuerunt terram electam in solitudinem. Haec magis volui, ista quosdum, quae non facientes, captivitati estis traditi: et (a) non desolationis ac mortis quinti mensis septimique jejunium. Iustum iudicium iudicate, ne audiat in Psalmis: Usquequo iudicatis iniquitatem, et personas peccatorum sumitis? Iudicate pupillo et viduae: humilem et pauperem iustificate (Ps. lxxxi, 2, 3), ne vobis quoque loquatur Isaias: Qui iustificatis impium propter munera: et quod iustum est

(a) Regim. ms., captivitati estis traditi, et desolationi ac morti. Iustum iudicate, ne, etc. cui fero Victorius concinit, inducta negandi particula.
(b) Minus recte legunt vulgati libri, Post iudicium veritatem sequatur, etc.
(c) Pene Victor., ne meminieritis in cordibus vestris.
(d) Pro Jeremiae, quod legunt omnes mss. codices, Marianus Zachariae nomen substituit, quia haec verba consequentia leguntur in hoc eodem propheta, non apud Jeremiam. Nos autem imitari volumus pru-

A *justo auferunt* (Isai. v, 23): et propter vos **835** Abacuc ex persona eorum qui opprimunt, Deo faciat invidiam: *Contra me factum est iudicium, et iudex accipit: ideo dissipata est lex, et non pervenit usque ad finem iudicium, quia impius opprimit iustum* (Abac. i, 3, 4). Nec novum puteamus Dei esse praeceptum, olim per Moysen ista mandaverat: *Sic magnum iudicabit ut parvum: personam non accipies, et pauperis non misereberis in iudicio: quoniam Dei iudicium est* (Deut. i, 17). Misericordiam quoque et miserationes faciet unusquisque cum fratre suo. Post iudicium (b) severitatem sequatur in cunctos elementia, et maxime in fratres, quod vel ejusdem sanguinis, vel unius nobiscum fide esse perspicimus. Viduam quoque et pupillum, de quibus nobis praeceptum est: *Esto pupillis pater, et pro viro matri eorum; iudicans pupillum, et iustificans viduam* (Ecl. iv, 10). Et advenam et pauperem nolite calumniari, quia alterum peregrinatio, alterum egostas humilem facit. Et malum vir fratri suo non cogitet in corde suo, sive ut a Septuaginta dicitur: *Et malitiae unusquisque fratris sui (c) non meminert in cordibus suis* (Luc. x). Fratrem autem et proximum, vel omne hominum genus debemus accipere; quia ex uno sumus parente generati, vel eos qui domestici fidei sunt, juxta parabolum Evangelii, quae proximum non consanguineum, sed omnes homines vult intelligi. Quod autem ante debebat ira finire, quam post occumbat, et omnium malorum quae ab aliis passi sumus, deleri memoria, et in multis locis legitimus, et maxime in (d) Jeremia, qui ex persona Dei loquitur: *Et malitiae proximam unusquisque in cordibus vestris ne meminertis*. Cum ego ista praeceperim, illi attendere noluerunt, et verterunt scapulam recedentem, sive dorsum contemnens, exhibitu corporis mea imperia respuentes. Solemus enim quando rugata fronte, et nare contracta contemnimus admonentes, dorsum vertere, juxta illud quod scriptum est: *Verterunt ad me dorsa, et non facies suas* (Jerem. 11, 27). Et aures, inquit, suas aggravaverunt ne audirent, sicut aspicias [A. aspides] iurde obturantis [A. obturantes] aures suas, quae non audiet [A. exaudiet] vocem incantantium, et venefici incantantis sapienter. Ingravaverunt enim aures suas **836** ut non audirent, et cor suum posuerunt, ut non acquiescerent legi Dei. Unde Isaias ad eos comminans loquitur: *Incrassatum est cor populi huius, et auribus suis graviter audierunt, et oculos suos clausurunt, ne forte viderent oculis suis, et audirent auribus, et corde intelligerent, et converterentur, et ego sanarem eos* (Isai. vi, et Act. xviii, 27).

dentiam doctissimorum virorum qui non amsi sunt in Evangelicis nomen Zachariae substituere, et delere nomen Jeremiae, quod tamen fluxum imperitia veterum librariorum in contextum sacrum Evangelii secundum Mattheum, cap. xxvii, vers. 9. MAR. — Cum haec non Jeremiae, sed potius Zachariae verba sint, quae infra replicat S. Doctor cap. 8, corrigi hic Victorius, in Zacharia; cuius tamen exemplum contra mss. fidem non sequimur, non videtur mandanda licentia.

Porro quod dicitur juxta Hebraicum: *Et cor suum posuerunt adamantem* [Al. *ut adamantem*], duritiam cordis ostendit, et cor lapideum, quod noluerint verba Dei suscipere. Adamas enim lapis fortissimus, qui Hebraice dicitur *samir* (שׁמיר), intantum durus est, ut omnia metalla confringat, et ipse non confringatur ab ullo. Unde a Graecis *indomabilis* dicitur. Ab hoc adamantem induratum est cor Pharaonis, ne dimitteret populum Dei [Exod. vii et seqq.]. Et quia habuerunt, immo posuerunt cor suum adamantem, propria voluntate cordis duritiam suscipientes, ne audirent verba Domini, quae misit in spiritu suo, id est, in Spiritu sancto per manum prophetarum priorum, Isaiae, Osee, et ceterorum, qui mundas habuerunt manus quos ante captivitatem fuisse manifestum est: idcirco ad magna peccata, magna facta est indignatio, et Domini verba completa sunt, par pari referentis, ut sicut illi ambulaverunt ad eum perversi, et ipse adversum eos perversus incederet, et non audiret verba (a) inclamantium, quia et illi verba Domini surda aure contempserunt. Quamobrem et dispersit eos per omnia regna quae nesciunt, Assyriorum, et Chaldaeorum, Medorum, atque Persarum, et gentium ceterarum, quae his imperiis subiacebant, et in quarum terris disseminati sunt. Et omnis Judaea deserta est, eo quod nullum habuerit habitatorem, et non esset in ea transiens et revertens. Et terram quae savus erat praeter omnibus terris et propter abundantiam multitudinem lacte et melle manabat, verterunt in solitudinem. Possumus haec et ad eos referre, qui in Ecclesia delinquentes, projecti sunt de terra confessionis; quia noluerunt audire Dominum, et verterunt ad eum scapulam recedentem, et aures suas aggravaverunt, et cor posuerunt ut adamantem. Et facta est super eos indignatio **837** Domini, et dispersi sunt per omnia regna vitiorum, et desolata est terra eorum, vel anima vel corpus, non habens habitatorem Dominum, nec in se spiritum revertentem. Et terra quondam desiderabilis, quae erat hospitium Trinitatis, versa est in desertum, habitationemque draconum. Quae plana sunt, velociter transeamus, ut in obscuris spatium disserendi sit: non enim longos florescentes tractatus in quibus plausibilis ludit oratio, sed commentarios scribimus, quorum officium est, praeterire manifesta, obscura disserere.

[Cap. VIII. — Vers. 1 seqq.] *Et factum est verbum Domini exercituum, dicens: Haec dicit Dominus exercituum: Zelatus sum Sion zelo magno, et indignatione magna zelatus sum eam. Haec dicit Dominus exercituum: Reversus sum ad Sion, et habitabo in medio Jerusalem: et vocabitur Jerusalem, civitas veritatis; et mons Domini exercituum, mons sanctificatus. LXX: Et factus est sermo Domini omnipotentis, dicens: Haec dicit Dominus omnipotens: Zelatus sum Jerusalem et Sion zelo magno, et furore (b) maximo zelatus*

(a) Ms. Regin., verba incantantium.
(b) Regin. ms. furore magno juxta Graec. μεγάλως; et mox reversus sum pro revertar.

sum eam. Haec dicit Dominus omnipotens: Revertar ad Sion, et habitabo in medio Jerusalem: et vocabitur Jerusalem civitas vera, et mons Domini omnipotentis, mons sanctus. Quod Dominus Jerusalem, id est, Israeliticum populum in solitudine instar uxoris acceperit, et jacente in idololatris sanguine, conruerit pallio suo, et amore coluerit maritali, in Ezechiele [Cap. xvi] plenius discimus, quae postea simillam comedens, et mel, et oleum, et vestibus ornata pulcherrimis, et habens ex largitate vir omnia ornamenta gemmarum, fornicata est cum Assyriis atque Chaldaeis, et audivit a Domino: Sicut despicit uxor virum suum, sic despicit me domus Israel [Jerem. iii]. Captivitate autem tradita et illusa ab amatoribus suis, et pristino decore nudata, postquam divaricavit pedes suos omni transeunti, et polluta est usque ad verticem, memor pristinae quietatis (c) ingemil: Revertar ad virum meum priorem: quia melius mihi erat tunc quam nunc [Osee ii, 7]. Quam ille suscipiens et rursus habens in conjugio, cui prius dixerat: Non irascar tibi, et zelus meus recessit a te [Ezech. xvi], nunc loquitur: Zelatus sum Sion zelo magno, et indignatione magna zelatus sum eam. Quantum prius indignatus sum, quod a multis amatoribus deturpata est, et maculavit torum meum: unde, et tradidi eam amatoribus suis, nequaquam ut sub marito adulteram, sed ut scortum et vile mancipium, et in lupanaribus prostitutum: tanto nunc amplius ad eam reversus sum; quia egi penitentiam, et aedificavi templum meum in quo habitabo in medio illius. Et vocabitur civitas veritatis, quae antea dicebatur urbs mendaciae, de qua et in Isaia scriptum est: Veritas dormivit [Al. dormitavit] in ea: nunc autem homicidae [Isai. ii, 24]. Vocabitur autem et mons Domini omnipotentis: mons sanctificatus, in quo templo instaurato, immolantur victimae, caeremoniarum ordo servatur. Haec juxta historiam. Casterum nulli dubium est, Sion et Jerusalem, spoulaem et visionem pacis, posse accipi animas fidelium, quibus cum peccaverint, iratus Dominus tradit eas captivitati, ut quae Deum per bona prosperaque non nenserat, per mala sentiant et adversa. Cumque egerint penitentiam, revertetur Dominus ad Sion, et habitabit in medio Jerusalem, quam unam atque eandem intelligimus civitatem, et in quibus ante regnabant vitiorum peccatorumque mendacia, postea Christus veritas commorabitur. Et mons Domini exercituum vocabitur mons sanctus, de quo dicitur: Qui confidunt in Domino sicut mons Sion [Ps. cxlii, 1]. Et: Magnus Dominus et laudabilis nimis, in civitate Dei nostri in monte sancto suo [Ps. cxlii, 1]. De quo Isaia Michaeasque clamant: In novissimo dierum erit mons (d) Domini preparatus in vertice montium, et sublimis super colles, et fluent ad eum omnes populi, et prosperabunt gentes multae, et dicent: Venite, ascendamus in montem Do-

(c) Fortasse verius in eodem ms. ingeminal, pro ingemil.

(d) In aliis libris, mons domus Domini.

mini, et ad domum Dei jacob [Isai. ii, 2, 3; Mich. i, 4, 2]. De hoc monte, et de hac civitate, et apostolus Paulus (si tamen in suscipienda Epistola, Graecorum auctoritatem Latina lingua non respuit) sacrata oratione disputans ait: Accessistis ad montem Sion et civitatem Dei viventis, Jerusalem caelestem, et millorum angelorum millia et Ecclesiam primitivorum, qui scripti sunt in caelis [Heb. xii, 22].

[Vers. 4, 5.] *Haec dicit Dominus exercituum. Adhuc 839 habitabunt senes et anus in plateis Jerusalem, et ayiri baculus in manu ejus praeter multitudinem dierum. Et palatae civitatis complebuntur infantibus et puellis, ludentibus in plateis ejus. LXX: Haec dicit Dominus omnipotens: Aduc sedebunt senes et anus in plateis Jerusalem unusquisque in manu virgum suam retinens, praeter multitudinem dierum: et plateae civitatis replebuntur pueris et puellis, ludentibus in plateis ejus Tanta, inquit, et reverti, reverso me in Sion, et habitante in medio Jerusalem, rerum omnium prosperitas et bellorum quies atque tranquillitas, ut nullo hoste remanente, usque ad ultimam aetatem in utroque sexu senilis aetas perveniat, et trementes artus baculo regente sustentent. Plateae quoque civitatis impleantur pueris puellisque ludentibus. Hoc autem fieri solet, quando securitas et profunda pax urbium est, ut gaudium civitatum, iusibus et choris [Al. choris] aetas lasciva concelebrat. Quod si referendum ad Ecclesiam, de qua dicitur: Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei [Ps. lxxxix, 2]: Et: Fluminis impetus laetificavit civitatem Dei: sanctificavit tabernaculum suum altissimus: Deus in medio ejus non commovebitur [Ps. xlv, 45], quis poterit ambigere plateas Ecclesiae esse virtutes, in quibus sapientia agit fiducialiter et in murorum summitatibus praedicatur? Unde et ad Dominum Palmista conclamat: Latam mandatum tuum vehementer [Ps. cxvii, 96]. In his plateis Dominum Salvatorem sponsa perquirens, loquitur in Cantico canticorum: Consurgam et circumbo civitatem in foro et in plateis ejus, donec inveniam eum quem dilexit anima mea [Cant. iii, 2]. Habitabunt igitur, vel sedebunt, senes et anus, de quibus scriptum est (si cui tamen placeat librum recipere): Senectus honorabilis, non multi temporis, nec numero annorum estimabilis [Sap. iv, 8]. Cui autem sunt hominum prudentia, et senectus vita immaculata: de quibus et Dominus loquitur ad Moysen Constitue tecum septuaginta senes, quos ipse nosti quoniam senes sunt [Num. xi, 16]; quamobrem et ante Abraham nullus appellatus est senex, de quo scriptum legitur: Deficiens Abraham mortuus est: nullus in senectute bona, senex et plenus dierum [Gen. xxv, 8]. Gloria enim senum cani sunt de quibus dicitur: Cani hominis 840 sapientia ejus [Sap. iv,*

(a) Unus ms. S. Albini Andegavensis, quem laudat Martianaeus in Notis ad Hieronymiam Latinam interpretationem, in recto vir legit, quam ipse ibi lectionem retinuit, probatque ex Hebraeo idiomate.
(b) Pro exordem, uno verbo, retinuit Martianaeus manifesto errore duobus verbis, ex corde, cum et

841. Hi tenebunt praeter dierum multitudinem virgas et baculos in manibus suis, et dicent ad discipulos: Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in spiritu lenitatis et mansuetudinis [1 Cor. iv, 21]? Qui enim de labiis suis profert sapientiam, virga percutit virum (b) exordem. Et e contrario: Qui parci baculo suo odit filium suum: qui autem diligenter corripit, diligit [Prov. xiii, 24]. Et non solum senes, sed anus quoque sedebunt in plateis Jerusalem: quae Paulus apostolico ore describens: Honora, inquit, viduas quae vere viduae sunt. Et in alio [Al. eodem] loco: Vidua eligatur non minus annorum sexaginta, quae fuit unius viri uxor, in bonis operibus habens testimonium: si educavit liberos, si recepit hospitium, si sanctorum pedes lavit, si in tribulationibus positus ministravit, si omne opus bonum persecuta est [1 Tim. v, 3, 9, 10]. Istiusmodi senes et anus sedebunt in plateis Jerusalem, et tenebunt baculos in manibus suis, et plateae civitatis complebuntur pueris et puellis ludentibus. Isti sunt pueri et puellae, senes et juvenes, quos Palmista ad cantandum Domino cohortatur dicens: Juvenes et virgines senes cum junioribus laudent nomen Domini [Ps. cxlvii, 82]. Et Joannes evangelista atque apostolus: Scribo, inquit, vobis pers, quoniam dimittunt vobis peccata propter nomen Salvatoris: Scribo vobis, patres, quia cognovistis eum qui a principio est [1 Joan. ii, 12, 13]. Et de his Salomon in Proverbiis loquitur: Et det innocentibus versutiam: puero autem juniori sensum et intelligentiam. Et rursus: Audite pueri, disciplinam patris, et attendite ut cognoscatis intelligentiam [Prov. i, 4, 8]. De his pueris, virgunculis ac puellis, et quadragesimus quartus psalmus, Adducentur, inquit, regi virgines post eam. Juxta quod scriptum est: Exsultaverunt et letatae sunt filiae Judae in omnibus judiciis tuis, Domine [Ps. xcvi, 8]. Quae cum audierint ab Apostolo: Gaudete, iterum dico gaudete [Philip. iv, 4], mentis laetitiam gestu corporis indicant, et tripudians saltu, dicent cum David: Saltabo et ludam in conspectu Domini [II Reg. vi, 22].

[Vers. 6.] *Haec dicit Dominus exercituum: Si difficile videbitur in oculis reliquiarum populi hujus in diebus illis, numquid in oculis mei difficile erit dicit Dominus exercituum? LXX: Haec dicit Dominus omnipotens: Si impossibile erit coram reliquiis populi hujus 841 in diebus illis: numquid et coram me impossibile erit? dicit Dominus omnipotens. Per singula verba atque sententias quibus Israeli prospera et pro rerum magnitudine pene incredibilia promittuntur, propheta proponit: Haec dicit Dominus omnipotens, alio sermone hoc loquens: Ne putetis me esse quem spondeo, et quasi homini non creditis: Dei sunt promissa quae replico. Supra dixerat, anus et senes*

Victorias antea Brixianorum codicum opo, recordem restituisse, cui et illud notatum est, hoc testimonium inveniri in Graeco apud LXX. Prov. x, "Ος εκ γυλιων ποσειδες σαρπεν, εδδονο εινερα ενδρα ακαρδον, cujus loco nos in Vulgata editione legitur: In labiis sapientis invenitur sapientia, et virga in dorso ejus, qui indiget corde.

in plateis esse sessuros, et pro temporis longitudine a baculos manibus retenturos, arcandas plateas hominum multitudine, pueros ac puellas quasi in festis diebus ebros duocere, et extruendam Jerusalem atque in statum felicitatis pristinae restituendam. Hoc reliquis populi, que de captivitate venerat, videbatur incredibile, carneatibus urbem penitus desitutam, murorum ruinas, combustos parietes manus Babylonias ostentare, idcirco consociat: Si vobis qui estis reliquie captivi populi, vel difficile vel impossibile videtur esse quod spondeo, ut in diebus illis quibus edificanda est Jerusalem, tanta felicitas sit: nunquid in conspectu Domini aut difficile erit, aut impossibile, qui hæc futura meo ore promittit? *Quæ enim apud homines impossibilia sunt apud Deum possibilia sunt* (Math. xix, 26). Hæc persecutionis tempore in Ecclesiis Christi expleta conspeximus, quando in tantam rabiem persecutorum feritas excitata est, ut etiam conciliabula nostra destruerent, divinos libros ignibus traderent, omnes insule, metalla, carceres, confessorum et martyrum catenatis gregibus impleverunt. Quis eo tempore crederet rursum Ecclesiam construendam ab his ipsis qui ante destruxerant? non quod iidem homines fuerint, sed quod eadem regalis potestas que prius sedebat in insidiis cum divitibus (Psal. x), et quasi ex senatus-consulto Christi nomen conabatur extinguere, nunc expensis republice Ecclesiarum basilicas extruat, et exaltet summa fastigia, ut non solum laquearia et tecta fulgentia auro decoret; sed parietes diversi marmoris vestiat crustis, et divinos libros quos prius tradebat incendio, nunc deauratos et purpuratos, et gemmarum varietate distinctos, in custodia Romani veneretur status.

(Vers. 7, 8.) *Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego salvabo populum meum de terra Orientis, § 42 et de terra occasus solis. Et adducam eos, et habitabunt in medio Jerusalem: et erunt mihi in populum, et ego ero eis in Deum, in veritate et in iustitia.* (a) LXX similiter. Hæc Judæorum alii dicunt, post Zorobabel et Nehemiam, edificatio templo, et muris civitatis constructis et statu Judaico restitudo, a Machabæis et diversis principibus, qui usque ad Herodem rexere Judæam esse completa. Alii in consummatione mundi sub Christo, quem frustra prestantur, explenda commemorant. Nos autem et illo tempore, id est, post Zorobabel et Nehemiam, dicimus ex parte completa et quasi in typis et imaginibus præcessisse, quando populus reductus est de captivitate, et habitavit in Jerusalem, et Dei populus appellatus est, et rursum Dominus vocatus est Deus eorum: nequaquam in mendacio et iniquitate sed in veritate et iustitia. Et nunc plenissime sub Domino Salvatore in Ecclesia, id est, in vera Jerusalem promissionem rebus expleri, maxime quia dicitur: *Ecce ego salvabo populum meum de terra Orientis, et de terra Occidentis, de quibus et Domi-*

(a) Quæ deerant verba, LXX similiter, nostri mss. sufficiunt.

nus in Evangelio loquebatur: *Multi de Oriente et Occidente venient, et accubabunt in regno celorum cum Abraham, Isaac, et Jacob* (Matt. vii, 11). Et multo ante Psalmista credentibus, dicens: *Deus deorum Dominus locutus est, et vocavit terram. Ab ortu solis usque ad occasum, de Sion decor pulchritudinis ejus* (Psal. cxlix, 1, 2). Veniet enim ex Sion qui eripiat et evertat iniquitates a Jacob quando ab Oriente, et Occidente incensum offertur nomini Domini in omni loco, et sacrificium mundum, nequaquam in victimis veteris Testamenti, sed in sanctitate evangelicæ puritatis, de quo incenso et alibi legimus: *Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo* (Ps. cxi, 2, 3). Et quod sit hoc incensum, sequens sermo demonstrat: *Elevato manuum mearum sacrificium vespertinum*. Postquam enim de virga Jesse pullulavit, qui dominaretur gentibus et in ipso gentes sperarunt (Rom. xv), et de Oriente, et de Occidente, tam primus populus quam novissimus in Dominum crederent, et factus est grex unus: tunc ad lætitiarum omnes provocata sunt nationes, et concitata ad gaudium, propheta dicente: *Lætamini, gentes, cum populo ejus* (Ps. cxi, 28). Juxta § 43 illud quod alibi scriptum est: *Recordabuntur et convertentur ad Dominum omnes fines terræ, et adorabunt eum eo universæ familiæ gentium*. Quodque sequitur: *In veritate et iustitia*, hoc significat quod veteris Legis umbra discedat, et Evangelii veritas veniat, nequaquam in iustitia Judæorum, sed in iustitia Christiana: ipse enim Dominus veritas est atque iustitia de quo legitur: *Veritas de terra orta est, et iustitia de celo prospectit* (Psal. lxxxiv, 12). Unde et in quarto decimo psalmo, iustitia simul et veritas nominantur: *Qui ambulat sine macula et operatur iustitiam, et loquitur veritatem in corde suo*.

(Vers. 9.) *Hæc dicit Dominus exercituum: Confortentur manus vestræ qui auditis in diebus his sermones illos per os prophetarum in die quo fundata est domus Domini exercituum ut templum edificaretur* Septuaginta pro Domino exercituum, Dominum omnipotentem cætera similiter transtulerunt. Edificatio templo sub Zorobabel et Jesu in quarto enim anno Darii regis, quarta die mensis noni, qui appellatur CASLEU, hæc universa dicuntur quando jam templum fuerat extractum) iidem prophete Aggeus et Zacharias, qui ut edificaretur et duces et populum fuerant cohortati, nunc cohortantur eos, ut ex priorum veritate his quæ in futurum promittuntur, accommodent fidem, et confortent manus suas nequaquam Medorum impetum et impedire cupientium per circuitum nationum insidias formidantes: et confortentur per os prophetarum ex die quo templi fundamenta sunt iacta usque ad diem quo superedificatum est templum, et audiant quæ sequuntur. Breviter explanamus historiam quicquid de Jerusalem, et de templo dicitur spiritualiter ad

Ecclesiam referentes, in qua confortantur manus per bona opera, et fundantur domus, quando fidei fundamenta faciuntur, templumque extruitur, quando multitudo credentium roboratur, et ita vivit, ut templum Dei esse mereatur.

(Vers. 10.) *Siquidem ante dies illos merces hominum non erat, nec merces jumentorum erat, neque introeunt et exeunt erat pax præ tribulatione: et dimisi omnes homines unumquemque contra proximum suum. § 44 LXX: Quia ante dies illos merces hominum non erit in lucrum, et merces jumentorum non subsistet, et egredienti, et ingredienti non erit pax præ tribulatione: et emittam omnes homines unumquemque ad proximum suum*. Septuaginta ad futurum tempus omnia retulerunt, sed melius ad præteritum, ut in Hebræo habetur, et (a) expositionis veritas approbabit. Antequam fundaretur domus Domini, et edificaretur templum Domini, omnis labor vester irritus fuit. Et tam homines quam iumenta in agricultura, in mercimoniis, operibusque diversis, cassis conatibus frustrabantur: foris adversarii, domi seditio turbabant pacem, et erat ubique (b) iustitiam ab bellorum frequentiam, et insidias domesticas, dum nec frater fratri exhibet fidem, et omnis est inimica propinquitas. Hunc sensum aliis verbis Aggeus propheta comprehendens ait: *Et nunc ponite corda vestra a die hæc et supra: antequam poneretur lapis super lapidem in templo Domini. Cum accederetis ad acervum viginti modiorum et fereat decem: et intraretis ad torcular, ut exprimeretis quinquaginta lagenas, et hebant viginti. Percussit vos vente urentis et aurigine, et grandine omnia opera manuum vestrarum, et non erat in vobis qui reverteretur ad me, dicit Dominus* (Agg. ii, 16 seqq): quod et in Ecclesia est in unoquoque credentium accipere possumus. Siquidem antequam domus Dei in nobis fundamenta jaciatur, et edificetur templum Deo, et audiamus de Apostolo: *Vos estis templum Dei: et Spiritus sanctus habitat in vobis* (II Cor. vi, 16), quidquid boni operis habere videbamus [d]. videamus, sive rationales, qui appellantur homines, sive simplices, qui iumenta dicuntur homines enim et iumenta, inquit, salvos facies, Domine (Ps. xxxv, 7), mercedem non habet apud Deum, et sunt in nobis bella atque discordiæ, et ubique tribulatio et sine pace Christi, quam ad Patrem vadens, apostolis dereliquit Joan. xv, impleturque in nobis Domini sententia: *Inimici hominis, domestici ejus* (Mich. vii, 6). *Omnia enim frater supplantatione supplantat: et omnia amens fraudulenter incedit, et vir fratrem suum deridet et veritatem non loquitur, stetit lingua eorum loqui mendacium* (Jerem. ix, 4). Quod si convertamur ad Christum, et templum ejus § 45 efficiamus, statim audiemus Apostolum

proclamentem: *Unusquisque accipiet propriam mercedem juxta opus suum* (I Cor. iii, 8).

(Vers. 11, 12.) *Nunc autem non juxta dies priores ego faciam reliquias populi hujus, dicit Dominus exercituum; sed semen pacis erit. Vinea dabit fructum suum: et terra dabit germen suum: et cæli dabit rorem suum: et possidere faciam reliquias populi hujus, universa hæc. LXX: Et nunc non juxta dies priores ego faciam reliquias populi hujus, dicit Dominus omnipotens: sed pacem monstrabo. Vinea dabit fructum suum: et terra dabit germina sua: et cælum dabit rorem suum: et possidere faciam reliquias populi mei hæc omnia. Priusquam domus Dei fundamenta jacerentur et edificaretur templum, merces hominum non erat, nec merces jumentorum, nec præ tribulatione et angustia pax introeuntibus, et exeuntibus, et omnes homines inter se hostili odio dissidebant. Nunc autem quia jam domus Domini fundamenta iacta sunt, et templum edificatum est, nequaquam faciam ut prius feceram his qui de captivitate Babyloniam sunt reversi; sed erit ubique pax et gaudium et ariditatem ac famem pristini temporis futura abundantia compensabit. Vinea enim dabit fructum suum, et torcularia omnia complebuntur, terra lætis segetibus vestietur, et irrigantibus pluvii ac rore nocturno, omnia pullulabunt: universa que dixi, faciam (d) reliquias populi mei possidere: fundamenta domus Domini iacta sunt, et templum extractum est. Hæc eadem et Aggeus propheta eodem tempore loquitur, qui supra dixerat: *Percussit vos vento urente et aurigine et grandine omnia opera manuum vestrarum, postquam templi fundamenta sunt iacta: Pontis, inquit, in corda vestra ex die ista et in futuro, a die viceimo quarto noni mensis: a die quo fundamenta iacta sunt templi, pontis super cor vestrum. Numquid jam semen in germine est: et adhuc vinea et ficus et malogramum et lignum olive floruit? Ex die ista benedicam, et rursum movebo cælum pariter et terram* (Agg. ii, 19 seqq). Dicamus et aliter, ceptam super Ecclesia explanationem sequentes. Priusquam fidem Christi quis recipiat, et in eo Spiritus sancti § 46 fundamenta jaciatur, nullus audire poterit, est merces operi tuo. Sive ille Judæus sit, sive hereticus, sive gentilis: quidquid boni operis fecerit, nisi in nomine Christi fecerit, mercedem sui boni operis non habebit. Videmus hereticorum virgines, philosophorum rigorem Judæorum in escarum varietate observantiam; et tamen dicimus [Ab. dicitur], juxta Aggeum, quod comedant, et non satientur: bibant, et non inebriantur: operiantur, et non calefant: et qui mercedes congregat, mittat eas in pertusum sæculum (Agg. 1). Postquam vero fidem Christi receperint, et illi et hi qui in Ecclesia fuerant peccatores, et pro magnitudine delictorum*

(a) Victor., et in expositionis serie veritas, etc.
(b) In aliis libris iustitia, in aliis eque male iurgium. Notum quippe, publicum luctum, seu malum, et publici juris cessationem, iustitiam dici.

(c) Verba, et vir fratrem suum deridet, ad nostrorum mss. fidem interseruntur.
(d) Antea erit faciam populi mei reliquias possidere. Nostri mss. emendant.

captivitate hujus mundi traditi, et Babylonio igne combusti, et auferent Dominum prodeantem: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me: evangelizare pauperibus misit me: predicare captivis remissionem, et caecis ut videant: sanare eos qui contrito sunt corde (Isai. lxi, 2), et completum fuerit in eis illud quod per Amos dicitur: Convertam populi mei Israel captivitatem, et aedificabunt civitates dissipatas, et plantabo eos (Amos. ix, 14), tunc in diebus illis orietur justitia et multitudo pacis (Psal. lxxi). Vineam dabit fructum suum, quae dicit in Evangelio: Ego sum vitis, vos rami. Omnem ramum qui manet in me, mundat pater, ut majores fructus afferat (Joan. xv, 8). Cumque mundati fuerint rami ejus, id est, flagella et propaggines, et gemmantibus oculis spem futurorum coperint fructum polliceri ut impleatur illud quod scriptum est: Vineae florentes dederunt odorem (Cant. ii, 13): tunc pendentes botros coloravit sol justitia, ut missi in torcularia octavi et octogesimi tertii psalmi, qui pro torcularibus inscribuntur, Domini calcantur pede, qui ascendit de Bosor, (a) ut fundat vinum quod laetificet cor hominis. Terra quoque dabit germen suum, non arida et petrosa et plena sentium; sed terra bona quae dat centesimum et sexagesimum et tricesimum fructum (Matth. xiii): ut qui seminaverint in Iacrymis, in gaudio metant (Psal. cxxv). Sed et celi dabant rorem suum, de quibus in decimo octavo Psalmo (Vers. 1) scriptum est: Caeli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiant firmamentum. De his caelis in Deuteronomio 847 cantico dicitur: Letamini, caeli cum eo (Deut. xxxii, 43), id est, cum Domino Salvatore, quos pressavit et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui (Rom. viii), qui loquitur cum Moysse: Exspectetur ut pluvia eloquium meum, et descendant ut ros verba mea (Deut. xxxii, 2). Resurgent enim qui erant peccatis mortui, et suscitabuntur qui jacebant in sepulchris dealbatis, quae plena sunt ossibus mortuorum, et letabuntur qui morantur in terra. Et quae sit causa laetitiae, sequens sermo demonstrat: Nos enim qui a te est, sanitas eorum est. Et haec omnia, pacem videlicet et vinearum fructum, et terrarum abundantiam, quae colorum rore succrevit, possidebunt reliquia populi mei, de quibus Isaias loquitur: Nisi Dominus sabaath reliquisset nobis semen, sicut Sodoma essemus, et sicut Gomorraha similes fuissetus (Isai. i, 8). Reliquiae enim secundum electionem gratiae, salva factae sunt: non ex operibus: alioquin non esset gratia.

(Vers. 13 seq.) Et erit, sicut eratis maledictio in gentibus, domus Juda, et domus Israel: sic salvabo vos et eritis benedictio: nolite timere, confortentur manus vestrae. Quae haec dicit Dominus exercituum:

(a) Regin. ms. ut fundant, scilicet botri.

(b) Pro cordibus. restituit Victorius manibus. Non solum enim, ait, Septuaginta, quorum haec est interpretatio, legunt ἐν ταῖς γαστέρις ὀστέων: verum Hebraicum quoque, Latina editio, et ipse Hieronymus

A Sicut cogitavi ut affligerem vos, cum ad iracundiam provocasset me patres vestri, dicit Dominus, et non sum miserus: sic conversus cogitavi in diebus istis, ut benefaciam Jerusalem et domui Juda: nolite timere. LXX; Et erit, sicut eratis in maledictione inter gentes domus Juda et domus Israel: sic salvabo vos, et eritis in benedictione: confidite et confortamini in (b) cordibus vestris, quia haec dicit Dominus omnipotens; Sicut cogitavi ut affligerem vos in eo quod me ad iracundiam provocasset patres vestri, dicit Dominus omnipotens, et non me penituit: sic paratus sum et cogitavi in diebus istis, ut benefaciam Jerusalem et domui Juda: confidite. Haec post aedificationem templi futura promittit, ut sicut erant in cunctis gentibus in maledictione et in sibilum, et in exemplum, domus Juda, et domus Israel (duae videlicet, et decem tribus), sic cum salvatae fuerint, et reversae in Judaeam, sint omnium benedictio. Nolite, inquit, timere adversarios rebellantes: confidite vera esse quae per me Dominus pollicetur; 848 confortetur manus vestrae: implete opera quae cepistis. Causa confortationis, Domini promissio est: Haec enim dicit Dominus omnipotens, cui nihil impossibile est, qui potest qui promittit, imple; sicut excoxitavi ut affligerem vos, et captivitati traderem, quia me patres vestri ad iracundiam provocaverunt, et non sum miserus quod LXX translulerunt οὐ μεσηνῆρα, hoc est, non me penituit, quod Hebraice scribitur וְעוֹ נְאֻמַּתִּי וְלֹא אֶלֶּם non sum autem miserus, ut vos captivitate corrigerem, et per omnia tormenta et flagella erudirem: sic nunc in praesenti tempore cogitavi, ut benefaciam Jerusalem et domui Juda.

C Et notandum quod quando irascitur, (c) maledictio sit in gentibus domus Juda, et domus Israel, id est, omnes duodecim tribus quae captivitate tradite sunt. Postquam autem cogitavit ut benefaciat, non facit Juda et Israel, id est, duabus et decem tribubus, Jerusalem videlicet et Samariam, Ollae et Oolibae; sed relicto Israel in captivitate, benefacit Jerusalem et domui Juda: et jungit in fine: Nolite timere, sive, confidite, eo sensu quem supra exposuimus. Super ecclesia autem et super unoquoque credentium sic intelligi potest, quod persecutionis tempore cunctis in circuitu gentibus in maledictione, et in exemplum fuerint Christiani, quia offenderint Dominum suum; et postea sint in benedictione, quando pax reddita fuerit, et hoc omne eveniat, quia Dominus qui prius fuerat iratus, postea sit miserus Jerusalem, visioni pacis, et Judae, quae fidem Domini consitetur. Singuli quoque credentium, qui propter vitia ejiciuntur de Ecclesia, et traduntur Satanae in interitum carnis (I Cor. v.) ut discant non blasphemare (I Tim. i), cum egerint poenitentiam, revertentur in pristinum statum, et

in Commentario. Confortari autem manibus, opus ceptum explere, significat.

(c) Antea, maledicti sunt. Paulo post Victorius, non bene facti, pro non facti.

videbunt pacem Dei, et confessionis suae gloriam A possidebunt. Hoc quod scriptum est: Non sum miserus, vel non me penituit, calumniantur haeretici, quasi aut crudelis, aut mutabilis sit Deus, si eum aut non peniteat, aut poeniteat. Si enim poenituerit, dicunt eum esse mutabilem; si non poenituerit, asserunt esse crudelem. Posuit autem 849 Deum quod Saul unxit in regem (I Reg. xv). Et apud Ninivitas, quibus per prophetam nuntiaverat: Adhuc triduum, et Ninive subvertetur (Jonae iii, 4), qui egerunt poenitentiam, dicitur et ipse mutasse sententiam suam, non vitio mentis improvide, sed ex eorum quae male aut bene faciunt, variate. Si enim male fecerint, comminatur: si pristina peccata desolverint, (a) miseretur: non mutatur Deus qui unus atque idem est, et mutari non potest; sed illis ex malis ad bona opera commutat, mutat et suum ipse decretum. Qui et in Genesi loquitur Clamor Sodomorum et Gomorrhae multiplicatus est; et peccata eorum magno sunt nimis: descendens ergo video si juxta clamorem eorum qui venit ad me, compleant: sin autem non, ut sciam (Gen. xviii, 20, 21). Quod dixit, hoc est: Si permanserint in furore, non de erit poena peccantibus; si desiderat ab insania, mea fiet cognitio dignissima. Cognoscit autem Dominus eos qui sui sunt (I Tim. ii, 40). Et Apostolus scribit ad Galatas: Sed tunc nescientes Deum (Galat. iv, 8). Cumque noverit omnes Deum, et nihil eum nec praeteritorum, nec praesentium lateat, nec futurorum, impios in Evangelio nescire se dicit: Recedite a me, operarii iniquitatis nescio vos (Luc. xiii, 27). Ergo et notitiam, et poenitentiam, et iram, et indignationem, et omnes affectus Dei, non humani sermonis vitio, sed divinae majestatis sensu accipiamus.

(Vers. 16, 17). Haec sunt ergo verba quae facietis: Loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, veritatem et iudicium pacis iudicate in portis vestris, et unusquisque malum contra amicum suum non cogitetis in cordibus vestris, et juramentum mendax ne diligitis: omnia enim haec sunt quae odi, dicit Dominus. LXX: Isti sermones sunt quos facietis: Loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo: veritatem et iudicium pacis iudicate in portis vestris, et unusquisque malum proximo suo non cogitet in cordibus vestris, et juramentum mendax ne diligitis, quia haec omnia odi, dicit Dominus omnipotens. Promisi, me non juxta dies priores facere reliquias populi captivorum. Et sicut cogitavi ut affligerem eos, cum me ad iracundiam provocasset patres eorum, et non sum miserus (b) cogitavi conversum 850 in diebus istis, ut benefaciam Jerusalem et domui Juda. Ut igitur permaneat sententia mea, et non fiat irrita pollicitatio, haec facite quae praecipio: Loquimini veritatem cum proximis vestris. Proximum omne hominum genus accipiamus, quia ex uno sumus parente generati, Alioquin

(a) Verbum, miseretur, sine quo incongruus erat, aut nullus sensus, sufficimus ex Regin. ms. in quo et desolverint, pro desolverint, legitur.

A si proximus propinquus accipitur, peregrini et alienis mentiendum est. Hoc idem Apostolus loquitur: Deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo (Ephes. iv, 25). Veritatem, inquit, et iudicium pacis iudicate in portis vestris. In iudicio prima sit veritas atque justitia; deinde sequitur misericordia. Hoc est enim iudicium pacis, ut propositum iudex habeat pacificare discordes, juxta illud Evangelii: Beati pacifici quoniam filii Dei vocabuntur (Matth. v, 9). Quodque sequitur: In portis vestris, illi propheticum congruit: Oderunt in portis corripientem, et verbum sanctum abominati sunt (Amos v, 10). Et in alio loco: Non confundentur cum loquentur inimicis suis in porta (Ps. cxxix, 6). David quoque iudicabat in portis, quando Absalon veritatem iudicii premissit, patri tendebat insidias (II Reg. xix). Et quaeritur quare apud Iudaeos in portis locus fuerit iudicandi. Ne cogerentur agricolae intrare urbes, et aliquod subire dispendium, iudices in portis residebant, ut tam urbanos quam rusticos in exitu et introitu urbis audirent, et finito negotio, unusquisque confestim ad sedes proprias revertetur. Et malum, inquit, contra amicos vestros ne cogitetis in cordibus vestris: RAHA (777), quod omnes voce consona xxclav, id est, malitiam interpretati sunt, duplitem accipere possumus, et pro afflictione, et pro malo. Pro afflictione: Si est malitia in civitate quam Dominus non fecerit (Amos iii, 6). Et: Sufficit diei malitia sua (Mat. vi, 34). Pro malo in Jona propheta loquitur Deus: Ascendit clamor malitiae eorum ad me (Jonae i, 2). Et in Apostolo legimus: Repleti omni iniquitate et malitia (Rom. i, 29). Utroque igitur modo nec affligit amicum suum, nec malum adversum eum cogitat in corde, qui sanctus est. Et juramentum, ait, mendax ne diligitis: praecipiente Domino in Evangelio: Ego autem dico vobis, ut non juretis penitus sed sit vester sermo, est est, non (Mat. v, 34); qui enim non juraverit, nunquam poterit pejorare. 851 Qui jurat, audiat illud quod scriptum est: Non assumes nomen Domini tui super re vana (Exod. xx, 7). Omnia haec sunt quae odi, dicit Dominus: juxta Malachiae verba dicentis: Et omnia quae oderam, faciebatis (Mala. ii, 13); sec. LXX). In praecipitis quae ad vitam pertinent, et sunt perspicua, non debemus quaerere allegoriam, ne juxta Comicum, nodum quaeramus in serpio (Plautus, Men. ii, 1).

(Vers. 18, 19). Et factum est verbum Domini exercituum ad me dicens: Haec dicit Dominus exercituum: Jejunium quarti, et jejunium quinti, et jejunium septimi, et jejunium decimi erit domui Juda in gaudium et in letitiam, et in solemnitates praclaras: veritatem tantum, et pacem diligit. LXX: Et factus est sermo Domini omnipotentis ad me, dicens: Haec dicit Dominus omnipotens. Jejunium quartum, et jejunium quin-

(b) In eodem ms., cogitare conversus sum in rebus istis.

luna, et jejuniū septimū, et jejuniū decimum erunt domi Juda in gaudium et in lætitiā, et in festivitatibus [Al. solemnitatibus] bonas (hoc enim Hebraice dicitur nobis (כֹּרֵם), id est, זְרֵבָבֶדֶק, et (a) Lætamini, et veritatem et pacem diligite. Ad id quod supra Sarasar, et Rogommelech per legatos quesierant, utrum in mense quinto, et in mense septimo, sicut habetur in LXX, jejunare deberent et plangere, an post adificationem templi finire jejuniū, luctumque deponere, multis in medio positus quæ facerent, et quæ sperarent, ex persona Domini propheta respondit: jejuniū quarti, et jejuniū quinti, et jejuniū septimi, et jejuniū decimi (אֲדָרָה כֹּרֵם) enim subauditur mensis domi Juda et Jerusalem in dies festos vertetur et gaudium. Veritatem tantum Deus quarit, et pacem. In hoc loco nostrorum multi multa dixerunt, et inter se dissonantia. Quidam obscuro silentio professi, quos profundissimam fovam in commentariis transierunt: rectius arbitantes, nihil omnino quam parum dicere. Cogimur igitur ad Hebræos recurrere, et scientiā veritatem de fonte magis quam de rivulis quærere: præsertim cum non 852 propheta aliqua de Christo, ubi tergiversari solent, et veritatem celare mendacio; sed historice ex præcedentibus et consequentibus ordo texatur. Jejuniū (b) quarti mensis, qui apud Latinos vocatur Julius, die septima et decima ejusdem mensis, illud arbitrantur, quando descendens Moyses de monte Sina tabulas Legis abiecerit auferegerit (Exod. xxxii), et juxta Jeremiam muri primum rupti sunt civitatis (Jer. lii). In quinto mense, qui apud Latinos appellatur Augustus, cum propter exploratores terræ sanctæ seditio orta esset in populo, Jusei sunt montem non ascendere; sed per quadraginta annos longis ad terram sanctam circuire dispendiis, ut exceptis duobus, Caleb et Josue, omnes in solitudine caderent (Num. xiv). In hoc mense, et a Nabuchodonosor (Jer. lii), et multa post secula a Tito et Vespasiano, templum Jerusalem incensum est, atque destructum, capta urbs (c) Bether, ad quam multa millia confugerant Judæorum, aratum templum in ignominiam gentis oppressa, a (d) Turanno Rufo. In septimo vero qui apud nos appellatur October, sicut supra diximus, occisus est Godolias, et Judæ tribus ac Jerusalem reliquæ dissipatæ (IV Reg. 25). Legamus Jeremiam (Cap. xxxix et xli). Mense decimo, qui apud nos

(a) Reg. ins., et Lætamini, juxta Græcum ἐπέστηθη.

(b) Indicitur die 17 Tamuz et quod infra exponitur jejuniū quinti die nona mensis Ab. Hoc porro referendum Philiastrius cap. 145, et Seldenus de anno civili Judæorum cap. 8.

(c) Hactenus obtinuit in editis æque ac mss. libris Bether, quæ civitas nec a Tito aut Vespasiano capta est, nec in expugnatione Jerusalem locum habuit. Repositum est edo vnius mutatione litterarum Bether, quæ urbs expugnata sub Adriano est in rebellionem Judaicam, quam movit Barcochabæ. Nec dubium, si fidei historie spectes, quin ita Hieronymo scriptum sit, Bether: tametsi videatur ipse, duplex bellum, alterum sub Adriano, alterum sub

A Januarii dicitur, eo quod janua anni sit atque principium, Ezechiel in captivitate positus audivit, et cunctus populus captivorum quinto mense templum esse subversum, quod plenissime in eodem propheta cognoscimus. Hoc est igitur omne quod dicitur: Dies plancus et jejuniorum quo hactenus habitus in luctum; sciatis vobis, quia cogitavi ut benefaciam Jerusalem, et domi Juda in lætitiā et gaudium, et solemnitates, esse vertendos; ita dumtaxati veritatem diligatis et pacem. Juxta ἀνθρώπων, quia tunc jejunamus, quando sponsus auferatur a nobis (Luc. v), et non memorem ejus habere presentiam, cum reversus fuerit Dominus ad nos. 853 et cogitaverit ut benefaciat nobis, omnis tristitia vertetur in gaudium; et fames pristina sermonis Dei, presentia doctrinarum ejus, et celestis panis saturitate, pensabitur.

(Vers. 21, 22.) Hæc dicit Dominus exercituum: Usquequo veniant populi, et habitent in civitatibus multis, et vadant habitatores unus ad alterum, dicentes: Eamus et deprecemur faciem Domini, et quaeramus Dominum exercituum. Vadam etiam ego, et venient populi multi, et gentes robuste ad quaerendum Dominum exercituum in Jerusalem, et deprecandum faciem Domini. LXX: Hæc dicit Dominus omnipotens: Adhuc venient populi multi, et habitatores urbium multarum; et congregabuntur qui habitant civitates in una civitate, dicentes: Eamus ut deprecemur faciem Domini, et quaeramus vultum Domini omnipotentis. Vadam etiam ego, et venient populi multi et gentes plurimæ, et quaerant faciem Domini omnipotentis in Jerusalem, et deprecemur faciem Domini. Jejuniū quarti, (e) et quinti, et septimi, et decimi mensis in solemnitates optimas commutabitur, ut tantum ut civitates Judææ quæ prius deserte erant, frequenti habitatore celebrentur: et una civitas pergat ad alteram, et se mutuo cohortentur, et dicant: quia per hos septuaginta annos viae Sion luxerant, eo quod non esset qui iret ad solemnitates, omnes portæ ejus deserte, et sacerdotes illius gementes: nunc pace reddita, pergamus Jerusalem, in qua lege præceptum est, ut victimas immolemus, et ter in anno omne masculinum nostrum appareat in conspectu Domini (Exod. xxi), et dicente altera ad alteram: Eamus et deprecemur faciem Domini, et quaeramus Dominum omnipotentem, respondebit altera civitas: Vadam etiam ego: quo tempore venient populi multi et Tito, in unum confundere, cum inter expugnationem Bether, et Jerusalem incendium, anni supra sexaginta intercesserint.

(d) Alterum hic nec minus grave obiectabat in hactenus vulgatis libris mendum, in quibus, Tito Anio Rufo legebatur, pro Turanno Rufo, quod ad historie veritatem restituere non dubitavimus. Turannus solum, non Titus Annius appellabatur, qui aratum Jerusalem impressi, cujus meminere etiam vetustissimi Judæorum, ut Sanhedrin cap. 7 et alibi, הַרְיָבֶל הַחַיִּי וְרוֹמָנוֹס מְרַיְוִס, Turannus Rufus aravit templum.

(e) Voces et quinti in nostris mss. et Victorii edit, non sunt.

gentes innumerales et robuste, ut sacrificia in Jerusalem offerant Domino exercituum, et deprecetur faciem ejus. Appropinquat enim Dominus his qui non tentant eum, et ostendit faciem suam his qui non sunt increduli (Sap. i). Qui viderit Filium, videt et Patrem (Joan. xiv); et imago est Dominus atque Salvator Dei invisibilis: non quod Filius visibilis sit, et invisibilis Pater; sed quod Filio nominato, sentiat Pater. Nequaquam enim Pater, si non habet Filium. Unde et ipse loquitur in Evangelio: 854 Pater, manifestavi nomen tuum hominibus (Joan. xvii, 6). Quod de Jerusalem et Zorobabel, sive post Zorobabel, diximus, rectius et plenius refertur ad Christum, et Jerusalem, que intelligitur Ecclesia: et tunc de terrarum toto orbe, et populos, et gentes ad offerenda in templo Domini sacrificia concursuras. Persecutionis quoque tempore, ut ante perstrinximus, magistri et sacerdotes Ecclesie audacter captivi et credentibus promittant, quod rursus edificande sint ædificia: et pacis reddenda tranquillitas, et in Ecclesiis facies Domini deprecanda. Manifesta transcurrimus, ut in obscurioribus immoremur.

(Vers. 23.) Hæc dicit Dominus exercituum: In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium, et apprehendent fimbriam viri Judæ, dicentes: Ibi mus vobiscum: audivimus enim quantum Deus vobiscum est. LXX: Hæc dicit Dominus omnipotens: In diebus illis si apprehendent decem viri de omnibus linguis gentium, et tenuerint [Al. tetigerint] fimbriam viri Judæ, dicentes: Ibi mus tecum, quia audivimus quod Deus vobiscum est. Quidam ex Judæis hæc sub Zorobabel, et post Zorobabel dicunt esse completa. Alii in futurum tempus differunt, quando Christum sperant esse venturum. Nos autem in adventu Domini Salvatoris, quando de Maria natus est Virgine, et rectius et verius intelligimus. Denique scriptum est: Usquequo veniant populi (Zach. vii, 20)? Quando dicitur, usquequo, non de presentis tempore significat, in quo erant Zorobabel et Jesus; sed de futuro, quando venient populi multi et gentes robuste, ut quaerant Dominum exercituum in Jerusalem, et deprecetur faciem Domini. In illo igitur tempore, et in illis diebus apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium, fimbriam viri Judæ, dicentes: Ibi mus vobiscum: audivimus enim quoniam Deus vobiscum est: Et in Isaiā legimus: Apprehendent septem mulieres virum

(a) Hic locus multum torsit Marianum Victorium, ut ipse fatetur in suis annotationibus; cumque Erasmus legisset ἐπίταξις γίλιους χριστιανούς, ille restituit ἐπίταξις χηλιούς et χριστιανούς. Ego vero non multum sudavi in hoc restitutionis opere, quia veram et germanam lectionem reperi in nostris codicibus mss. ad hunc modum positam ΕΠΙΤΑΞΙΣ ΧΗΛΙΑΟΥΣ ΕΤ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥΣ, que ipsissima est Mariani restitutio, præter pauca elementa quæ desunt in prima voce et ultima apud eundem Marianum. Porro voces ἐπίταξις γίλιους efficiunt apud Græcos numerum 1946, quem etiam conficit vox χριστιανούς, que sic legitur in manuscripto monasterii S. Cygrianni, in quo omnes voces Græcæ perfectæ sunt cum numero elementorum. In aliis γρη-

μνα, dicentes: Panem nostrum comedemus et vestimentis nostris operiemur: tantum vocetur [Al. invocetur] nomen tuum super nos: aufer opprobrium nostrum (Isai. lv, 4). Quæ igitur ibi septem mulieres appellantur, id est, Ecclesie, quarum numerus et in Paulo apostolo continetur: ad septem enim scribit Ecclesie, ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, 855 ad Thessalonicenses. Et in Joannis Apocalypsi in medio septem candelabrorum (Apoc. i), id est, Ecclesiarum, Ephesiorum, Smyrnenisium, Pergamorum, Thyatirenorum, Sardensium, Philadelphensium, Laodicenorum varietate (Al. veritate), et auro parissimo Dominus accinctus ingreditur: nunc in propheta Zacharia decem nominatur, quas requisivit et Dominus, ut si invenisset in Sodomis et Gomorhis, Adama et Seboim, eas de interitu liberaret. Iota enim littera, et quæ sumit nomen Salutaris exordium, non solum apud Græcos, sed et apud Hebræos, donarium numerum significat. Et hoc mystico sermone monstratur, quod omnes qui censentur vocabulo Christiano, quos et Dominus septem millia tempore persecutionis Jezabel et fugæ Eliæ reliquisset se dicit, qui non curaverunt genua ante Baal (II Reg. xix), et in mensuram viri perfecti venerint ex omnibus linguis et nationibus, apprehendent fimbriam viri Judæ, et id est, Domini Salvatoris, de quo et in Psalmis dicitur: Juda rex meus (Ps. lxx, 9). Et: Judas, te laudabunt fratres tui. Et rursus: Non defecit princeps ex Juda, et dux de senioribus ejus, donec veniat cui repositum est: et ipse erit expectatio gentium (Gen. xlix, 8, 10): Erit enim radix Jesse: et qui excurrerit ut dominetur gentibus, in ipso gentes sperabunt (Isai. xi, 10). Cumque apprehenderint, eum, cupient ejus habere vestigiis; quoniam Deus cum eo sit. Vel certe ex omnibus linguis et nationibus quicumque crediderint, apprehendent virum Judæum, apostolos qui ex Judæis sunt et dicent: Eamus vobiscum: audivimus enim per prophetas, et omnium Scripturarum voce cognovimus, quod Dei Filius Christus Deus et Dominus sit vobiscum. Ubi manifestissima propheta est, et de Christi atque apostolorum ejus predicatur adventu, et fide universarum gentium, nihil amplius requiramus. Quod autem numerum septem millium ad Christianorum nomen diximus pertinere, supputa Græcæ 658

(a) ἐπίταξις γίλιους et χριστιανούς, et eundem ἐπίταξις scriptum reperi, quod idem est ad summam numerum 1946. Mala itaque restituitur est locus a Mariano qui pro 1946, tantum 1944 voluit computare. Mart. — Notatum probe Victorio et Martiano, eundem debere numerum Græcæ reddere duas ex una parte voces ἐπίταξις γίλιους, quem ex altera reddidit vox χριστιανούς; hocque uno dissentium, quod iste ut summam utrinque conficiat 1946, ἐπίταξις et χριστιανούς, scribit. Ite autem ipsa non hic aut illo de industria numerus captatur ab Hieronymo; sed Græcarum dictionum in supputationis summa conformitas. Præsertim fuit adeo Victorii lectio, quam et mss. nostri afferunt: imo nec erat necesse γίλιους, ἑλιούς, ut aiunt, pro γίλιους, scribere, quod